D. THOMÆ
SUMMA

IV.

BX1749
T6
v.4
1765-66

00B943

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080015895

D. THOMÆ AQUINATIS, DOCTORIS ANGELICI, OPERA.

TOMUS QUARTUS.

D. THOMÆ AQUINATIS, DOCTORIS ANGELICI, ORDINIS PRÆDICATORUM, OPERA,

JUXTA EDITIONEM VENETAM MDCCLV.

AD PLURIMA EXEMPLA COMPARATAM.

Editio prima Matritenſis à quam pluribus mendis repurgata.

ACCEDUNT

F. JOANN. FRANC. BERNARD. MARIÆ DE RUBEIS

IN SINGULA OPERA ADMONITIONES PRÆVIÆ.

TOMUS QUARTUS

complectens Summæ Theologicæ SECUNDAM SECUNDAE.

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: MDCCLXV.

Ex Typographia Viduæ ELISÆI SANCHEZ.

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ
44724

Б. 230 Б.
BX1749 T.6 V.4 1765-66
CAPILLA ALFONSINA
FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ

FR. JOANN. FRANC. BERNARDI MARIÆ DE RUBEIS, ORDINIS PRÆDICATORUM, *ADMONITIO PRÆVIA.*

De integra Sancti Thomæ immunitate à plagio, quo Theologica quadripartita Summa, ac Summa quædam Virtutum Alexandri Halenſis, nimia confidentia ab eodem Aquinate ſurreptæ dicuntur, expilatæque, adverſus Lucam Vvadingum, & Joannem de la Haye.

CAPUT PRIMUM.

Alexandrum Halenſem á S. Thoma Aquinate expilatum, excogitarunt Lucas Vvadingus, & Joannes de la Haye. Nihil de Summa Halenſis quadripartita adduci poteſt, quod ab Aquinate ſurreptum fuerit. Joannis Gerſonii locus caſtigatus, & expoſitus.

I NOndum plagii notam, qua S. Thomam Aquinatem ſuperiore in Diſſertatione immunem pronunciavimus, integre deterſam, penituſque detritam, inquiunt. Convulſa fuerit difficultas, quæ *Theologicam Summam* Aquinatis ex *Morali Speculo* Vincentii Bellovacenſis decerptam opponebat: adhuc fontes alios indicant Lucas Vvadingus, & Joannes de la Haye, ex quibus integras Quæſtiones, plurimoſque Articulos in ſuam Thomas derivaverit Summam Thelogicam.

Vvadingus profert *Summam Virtutum*, neſcio quam, ab Alexandro Halenſi elucubratam, veluti *Summæ* ſuæ *Theologicę, in quatuor partes diſtributę, ſupplementum*: quam noſter Aquinas, dum ſimili operi concinnando operam daret, adhibuerit, defloraverit, expilarit. Ad annum M. cc. xlv. num. xxvii. edit. Rom. 1732. fol. ſic habet ille: ,, Quod ſi quis opinionen præferre vellet rationi, (&) di-
,, cat, *Speculum Morale* alicujus eſſe poſterioris & Vincentio, & Thoma auctori-
,, bus: nihil ſalvat, nec huic accreſcit quod alteri ſurripitur: quia *Summam Virtu-*
,, *tum* eſſe conſtat Halenſis utroque antiquioris, eſtque ipſius Auctoris fide *Supple-*
,, *mentum* 3. partis, juxta ea quæ promiſit *de Virtutibus* 3. p. q. 26. q. 61. & 68. &
,, nullibi niſi in *Summa virtutum* exhibentur, cujus Auctor continuationem & or-
,, dinem ejus ad Tertiam Partem primis verbis ſic exprimit: *Habito ergo*, inquit,
,, *de gratia gratum faciente & gratis data ſermone, conſequenter dicendum eſt de virtut*e." Quo loco 1. permittit Vvadingus, ut *opinio* illa præferatur, quæ *Speculum Morale* fætum exiſtimat Auctoris & Vincentio Bellovacenſi, & Thoma Aquina-

003043